



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à  
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem  
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

**Coyet, Peter Julius**

**[S.l.], 1658**

Lit. H.H. Alia Constitutio Christiani IV. qua Wenenses juxta Leges  
Sialandicas etiam in soro Scanensi judicari vult.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10534**

Lit. H. H.

Alia Constitutio Christiani IV. qua Wenenfes  
juxta Leges Sialandicas etiam in foro Scanensi  
judicari vult.

**N**Os Christianus Quartus, Dei gratia, Daniæ, Norvvegiæ, &c. Rex, &c. Notum hisce restatumque facimus; Posteaquam aliquo abhinc tempore ob viarum brevitatem & compendium permisimus ac concessimus Incolis nostræ Insulæ Wenæ, ut in iis causis, in quibus ad superiorem judicem ab inferiori suo iudice, quem Bircicum vocant, appellarerint, iudicium provinciale Scanicæ obire, & coram eo se sistere debeant: id nullatenus in eum sensum exponi & intelligi volumus, quasi Incolæ isti sæpe nominatæ Insulæ Wenæ non etiam in posterum glebæ adscripti mansuri sint, sed quod non secus ac alii ejusdem conditionis in provincia nostra Sialandia, terræ suæ, in qua nati sunt, iridem alligati, & in omnibus tam Ecclesiasticis quam sæcularibus causis juri Sialandico obnoxii esse teneantur. Cui beneplacito nostro se quilibet incolarum Wenenfium certissimè & sine omissione conformabit. Dabantur in Arce Nostra Hassniensi die 29. Jan. Anno 1647.

Christian.

*Sub Sigillo Nostrò.*

Lit. II.

Diploma Regis Friderici III. quo Constitutionem  
Christiani IV. jam laudatam, post Roschildiæ  
initam pacem abolet.

**N**Os Fridericus Tertius, Dei gratia, Daniæ, Norvvegiæ, Wandanorum, Gothorumque Rex, &c. Notum hisce facimus; Quandoquidem incolæ Wenenfes ob certas quasdam causas hætenus forum provinciale Scanicum secuti fuere, clementer nunc volumus ac jubemus, ut posthac, quemadmodum etiam olim, iudicium provinciale Sialandicum sequantur, in omnibus iis causis atque litibus, quæ vel in iudicio primæ instantiæ in ista Insula jam pendent & inchoatæ sunt, vel à quibus in posterum ad forum provinciale appellatum fuerit. In eum itaque finem injungimus & mandamus omnibus nostris Iudicibus Provincialibus, qui vel nunc juri dicundo ibidem præsent, vel futuris temporibus præerunt, ut huic voluntati nostræ se obsequentes præbeant, dicto-  
rum